

## Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 426

Fideles namque fidei ardore et Christi amore succensi ob animarum suarum remedium et caelestis patriae desiderium suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam. Quapropter quidam presbiter nomine Pernuuin vir bonus quam etiam et in sua conversatione honestus die siquidam contigit eum congregatione presbiterorum diaconorum ceterorumque clericorum interesse ad Frigisinga ubi magnus et universalis synodus habebatur ibique pro arbitrio et spontanea voluntate in medio erupit et omnibus consistentibus publica voce indicavit, quod tunc votum vovit, quando Atto episcopus ecclesiam dedicavit suam, ad domum deligare sanctae Mariae propriam rém. Nam etiam statimque coram supramemorata multitudine iam fatus presbiter pro manice beverino in altarem beatae Mariae ubi electus et gloriosus domnus Corbinianus in corpore requiescit tradidit necnon iure perpetuo firmiter stabilivit quantumcunque hereditatis seu acquisitionis in pago Uparacha in loco nuncupante Pêrc habere visus fuerat, hoc totum penitus omnia ex omnibus tam de alode quam et de comparato seu per qualibet artem ad eum pervenisse dinoscitur donavit atque transfundavit ad praedicto domo Mariae genetricis dei in castro posito Frigisinga cum domibus aedificiis curtiferis wadriscapis terris silvis campis pratis pascuis farinariis mancipiis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis greges cum pecoribus tradidit atque funditus ad memoratum domum perpetualiter munivit, ut in evum incon vulsum omnino firmum et stabilis permaneret. Eo utique tenore factum fuisse constat, ut ille ipse tamdiu in hac fragili et miseria vita degeretur, ad suum usum et utilitatem frueret et pro hoc annis singulis dimidium solidum ad tributum persolveret. Deinde omnino humiliter postulavit, si suae scilicet neptiae necessitas evenisset et si eum superstis fuisset, quatenus annonam ad praebenda ibi teneret cum tali censu sicut illi inponere decrevissent; post illorum quoque discessum ad supranotatum domum cum omni integritate vel soliditate uteretur stipulatione interposita quorum nomina hie recitantur in praesentia Hittonis episcopi: Sigimot, Hahart, Sabulo abbates. Heriperht archipresbiter. Oadalpald presbiter et monachus. Hiltolf. Alprat. Heriolt. Rubo. Undeo. Sigihart. Uuldarrih. Erchanperht. Testibus istis: Sigur testis. Situli. Coteperht. Adalhart. Cundhart. Altfrid. Ellanhart. Heipo. Uuilahelm. Reginpald. Eparheri. Emicho. Kerperht. Uueriant. Sigideo. Kaganhart. Engilhart. Adalperht. Alius Kerperht. Leidrat. Arbeo. Reginhelm. Ratkis. Tato. Reginperht. Engilhart. Uuichart. Uualho ceterique innumerabiles aderant. Hoc actum sub die consule quod est in XIII. kai. novemb. anno incarnationis domini DCCCXVIII. indictione XII. regnum gubernante Hludouuico imperatore V.